


archiepiscopi et non conuulso. Item
 nota quod gradatum appellandum
 est ut de re ad archiepiscopi metro-
 politani demetropolitano ad
 legatum romane sedis dele-
 gatum ad papam. Item nota quod
 ad iudicium sentencie. in quo lata
 est sententia a iudice infra decem dies
 et decem dies appellandum est quod
 post. Res nemo audit appel-
 lans nec ualeat appellatio facta.
 Item nota quod qui appellat debet pro-
 sequi suam appellacionem infra an-
 num. vel si iusta causa uel impedime-
 tum interuenit ut est infirmitas
 uel captiuitas indulgetur ap-
 pellanti biennium. Item nota
 quod interceptis est appellandum sub
 hac forma. Ego paulus leuci-
 ens me grauatum a uestra sententia
 domine decane sancte trinitatis qua
 contra me iudicatis per petro p[ro]uinciam
 vinea ad sedem apostolicam uel ad
 dominum apostolicum. apello et apostolo
 instanter peto. Nota quod apostoli
 dicunt libere dimissionem et forma-
 tur sub tali errore. Scilicet modo
 domine de patre suo sancte romane
 sedis summo pontifici. h[ic] decanus
 humilis sancte trinitatis inspi-
 ra. licet indignus cum debita reue-
 rentia filialiter monitis subiec-
 tionem. Sanctitati uestre notum
 facio quod petrus clericus ex-
 hibitor presentium a sententia
 mea quam contra ipsum tuli per paulo

tue ipsi super vinea per qual-
 inter ipsos uertebatur coram me
 appellauit. Sed quod dictum pauli
 audicio meo dimissum et abso-
 lutum ad uestre sanctitatis exa-
 men cum litteris presentibus transmit-
 to. Nota quod officium iudi-
 cis ad quem appellatum est spectat
 ut confirmet uel infirmet
 uel corrigat sententiam. Et hec
 de processu et ordine iudicij sub
 compendio dicta sufficiant. Amen



Fragm. lat. 119